

lib. 1.

ALBERICI GENTILIS



IVRISCOS.
Auctoris damnati. ~~quod~~ expurgat. ~~et~~ firmi
In Titulum Digestorum

De
VERBORVM SIGNIFICATIONE
Commentarius.

Cum INDICE Rerum & Verborum.

*Expurgado conforme al expurgatorio del año 1707 en Madrid
3 de enero de 1715*



HANOVIAE

Typis Wecheliani, apud haeredes Iohannis Aubrii.

M. DC. XIV.

By the thea Doct. P. andrey Gasca a Salamanca



SERENISSIMO PRINCIPI

CAROLO,

IACOBI MAGNÆ BRITANNIÆ, FRAN-
CIÆ, HYBERNIÆQUE REGIS AV-
gustissimi Fil.

PRINCIPI WALLIÆ,
Hunc Commentarium

ALBERICI GENTILIS IC. PARENTIS SVI,
seque ipsum dicat, consecratque

MATTHÆVS GENTILIS.

George de Conforte

);(2



ALBERICI
GENTILIS IVRIS
CONSVLTI

Ad Titulum D. de Verborum significatione

COMMENTARIVS.



ELIVS Gallus, *De verborum*, qua ad ius pertinet, significatione, opus suum inscripsit, vt epigraphæ indicat l. 157. aut vno etiã addito verbo, *De verborum, qua ad ius civile, &c.* Si is esset, quem Cæcilium Gallum dicit Gellius *lib. 16. c. 5.* & Macrobius *lib. 6. c. penult.* Dubitaueris de hoc scilicet: quoniam duarum familiarum, *Æliæ*, & *Cæciliæ*, vnum hominem nomina ferre, insolens olim fuit. Aut corruptum nomen in alterutro auctore dicis? In eodem porro argumento alii etiam scripserunt, atq; Bassi cuiusdam liber *De significatione verborum* nominatur Macrobio *lib. 3. c. 18.* & Caii de origine vocabulorum libri Gellio appellantur *lib. 11. c. 17.* Varro, doctissimus Latinorum, vt iudicat diuus Augustinus, item alii plures, Grammatici quidem, sed nec iuris inscientissimi operam & dignam, & diligentem in hoc opere posuerunt, atque in Verrii, siue Festi; quæ supersunt, fragmentis multa *Ælii Galli* nostri fragmenta ad hanc interpretationem pertinentia colligimus. Neque sanè est dubitandum, quin Iurisprudentes valde in hac verborum cognitione fuerint. Et Antistius La-beo celebris hoc nomine extitit non mediocriter, vt narrat Gellius *lib. 13. cap. 11.* Vt nihil de nostrorum industria dicam, qui volumina rei huic dicarunt, Albericus ex antiquioribus, & minus politis Interpretibus, Brissonius, Hotomanus, alii politi Interpretes recentiores. Item illi, Budæus, Alciatus, Cuiacius, ceteri excelluerunt hîc, vbi & lauream captarunt: & eam partem, in qua Accursius, & priores Glossographi parum videre per temporum infelicitatem potuerunt, isti nobis perfecerunt ferè omnem, siue La-